pium affectum humilem ⁊ deuotum ad
deum:q̃ȝ intellectum frigidum ſolo ſtudio
illuminatum. Scientia quippe inflat·in
tellige ſi ſola eſt:charitas edificat. Nihilo
minus vbi de veritate fidei queritur tra/
dita in ſacris ſcripturis:magis interrogã
di conſulendiqȝ ſunt theologi vigentes ĩ
contemplatione ſecunda:q̃ȝ ydiote pollen
tes in prima:ſecluſo in eis patenti reuela/
tionis miraculo:⁊ niſi forte manifeſta eſſꝫ
in huiuſmodi theologis deprauatio intel
lectus.⁊ intolerabilis morum peruerſitaſ.
que etiam mentiri quandoqȝ facit nõ tan
tummodo circa fidem:ſed circa moꝝ prin
cipia vt apoſtolus ⁊ Ariſto. cum experiẽ/
tia teſtantur. Addo adhuc ꝙ ſicut ex carẽ
tia pij affectus ⁊ magis ex infectione eiuſ
per vicia errant nõnunq̃ȝ peritiſſimi in ſa
cris ſcripturis. excecauit eñ eos malicia
eorum.⁊ dati ſunt in reprobũ ſenſum:ita
ex paruo lumine intellectus ⁊ parua logi
ca prolabuntur quandoqȝ in errores peri
culoſiſſimos illi qui magnorum ſũt erga
virtutes affectuum:quales apoſtolus no
tauit habere zelum ſed non ſ̄m ſcienti/
am:adeo vt ſi non humiliter ſapiant.⁊ ni/
ſi ſeſe contrahant intra metas ſue cogniti
onis:nulli pertinacius inueniuntur neqȝ
abſurdius errores confingere Propterea
non leuiter ſcribere debent vel docere:ſed
nec abſqȝ cautela magna adherendum eſt
eis:non preuia diſcuſſione diligenti ⁊ do
ctorum examinatione. In talibus quip/
pe plurima ſepe reperim⁹ aut falſa aut ma
le explicata:ac proinde multã erroris ma
teriam prebẽtia ſimplicibus:quãq̃ȝ in mꝉ
tis diuia altiſſimaqȝ ſint. Inter tales ſcri
pturas narrantur aliquę narratõnes aut
regule vel doctrine particulares aliquoꝝ
patrum veterum:que magis admirande
q̃ȝ imitande dicuntur. Queãdmodũ Jo/
hannes qui clymachus dicitur ponit vir
tutes eſſe impaſſibilitates:⁊ quedam val
de auſtera ſuper penitẽtia ⁊ peccatis. Et
caſſianus de libero arbitrio notatus. Et
alij alia parum examinata aut nimis rigi
da tradunt que cõmunis ſchola theologi
ce veritatis merito non admittit aut reij/
cit. Quãobrem bonum eſt mel cum fauo.
ſapor ſcilicet deuotionis cum lumine eru
ditionis:aut ſi alterum dumtaxat obtige
rit. vtatur quilibet dono ſuo. ambulet in
vocatione ſua. abundet in ſenſu ſuo:⁊ co/
medat mel quantũ ſatis eſt. non plus ſa/
piens q̃ȝ oportet. Rectum quidem verbũ
enunciat Oratius:qꝺ ab ipſo poſtea Hie
ronimo non longe a materia traductum
eſt. Qꝺ medicorum eſt promittunt medi/
ci:⁊ tradunt fabrilia fabri. Conformiter ſa/
tis ad illam logicorum maximã. Unicui
qȝ in ſua arte perito credendum eſt. Bene
vale pater ⁊ frater in xp̃o apud quẽ tuarũ
me orationũ participem fac Amẽ.

Explicit epiſtola magiſtri Johãnis de
Gerſon ad fratrẽ Bartholomeũ carthu/
ſieñ. de libro Ruyſbroech.

## Incipit libellus fratris Johãnis de ſchoenhauia qui nititur defendere quedam dicta fratris Johãnis Ruyſbroech cõtra magiſtrum Johãnem de Gerſon Cancellariũ parienſem.

Quoniã quidam doctor exími⁹ pa/
riſienſis artis theolo/
gice/quedã dicta fratr̃
Jo̾his de Ruyſbroech
in libro q̃ intitulat̃ ꝺ ornatu ſpũalium nu
ptiaꝝ min⁹ iuſte vt opinor calũniat̃ ⁊ rep
bat aſſerẽs doctrinã eiuſdẽ viri ĩ q̃bnſdã
paſſib⁹ ⁊ ſpẽaliter ĩ tercia ꝑte ꝑ̃fati libri eſ/
ſe erroneã a regula theologice veritatꝭ ac
traditione ſanctoꝝ patꝝ ⁊ doctoꝝ diſcre/
pantẽ. ⁊ ob h̃ nõ eſſe recipiendã ⁊ abijcien
dã. Idcirco vt veritas hui⁹ doctrine quã
a ſpũſancto arbitror effluxiſſe ⁊ emanaſſe.
q̃ mgr̃ eſt veritatꝭ ⁊ nõ erroriſ/plani⁹ eluce
ſcat. inq̃ȝtũ tenuitas mei ĩgenioli ⁊ exigui
tas mee ſciẽtie appetãt. tria ꝑ ordinẽ face/
re dei gr̃a aſpirãte attẽptabo. Primo intẽ
tionẽ ꝟboꝝ ſuoꝝ q̃ȝtũ ad ea q̃ ibi arguũt̃
⁊ reꝑhendunt̃ ⁊ tãq̃ȝ erronea iudicant̃ ex/
plicabo. ſcꝺo q̃liter hec doctrina nõ ſit no
ua adinuẽtio ⁊ ſupſticioſa. ſꝫ omĩno ſiu̾s
noiatiſſimiſ doctoꝝ catholice fidei ꝯſona
⁊ ipoꝝ autoritate cõmẽdata ⁊ approbata
put dñs dederit explanabo. Et tercio q̃li
ter rõnes obiecte min⁹ efficaces ſũt nec ꝑ
dictã doctrinã euacuãt declarabo.

Quantum ad primum eſt ſcien
dum ꝙ frater Johãnes de Ru
yſbroech autor predicti libri

de oꝛnatu ſpiritualiū nuptiaꝝ ī tercia pte
eiuſdē libꝛi nō loquit̄ de illa vnione q̄ eſt ꝑ
identitatē realis exiſtētie. d̄ qua dicit xp̄s
Joh. iiij. Ego ꝛ pater vnū ſumus: imo in
oībꝫ alijs libꝛis ſuis preſtat̄ ipe q̄ crea/
tura nō pt fieri creatoꝛ. Nec loquit̄ etiā d̄
illa vnione. q̄ eſt ſolū ꝑ conſenſū ꝛ ꝯformi/
tatē volūtatis. q̄ eſt oībꝫ ſpūalem gratiā
habentibꝫ. quemadmodū legit̄ Act. iiij. q̄
multitudinis credentiū erat aīa vna ꝛ coꝛ
vnū in dn̄o. Sȝ loquit̄ de illa vnione q̄ ē
ꝑ amorē liq̄factiuū ꝛ exceſſū ꝯtemplatōis
extatice. q̄ ꝑ nimia ſuauitate ꝛ magnitudi
ne interni dulcoꝛis ꝛ vehemētia amoꝛis.
animā liq̄facit ꝛ reſoluit ꝛ totā virtutē ra/
tionis abſoꝛbet. d̄ q̄ dicit paulꝰ. i. ad Coꝛ.
vij. Qui adheret deo: vnꝰ ſpūs eſt. Et ꝑce
ptione eñ diuine pn̄tie ꝛ deguſtatōe in/
terne dulcedīs aīa deuota in ſeipa quieta
tur: ꝛ ſibi ac oībꝫ rebꝫ creatis ꝑ deſideri/
um inflāmatū, ꝛ in deū totaliter expanſuȝ
funditꝰ moꝛit̄/ vt vere poſſit dicere cū aplo
Viuo ego iā nō ego: viuit aūt in me xp̄s.
id eſt ego totꝰ tranſfoꝛmatꝰ in deū ꝑ amo/
rem. nō ſum ī me. ſȝ in xp̄o: ꝛ ideo ꝑ amorē
totꝰ deificatꝰ loquoꝛ vt xp̄s. Vñ etiā ideȝ
apl's dicit Coꝛinthijs. An experimentuȝ
q̄ritis eiꝰ qui in me loquit̄ xp̄s. Nō aūt li
queſcit ꝛ reſoluit̄ in ſeipo, nō exiſtit: ſed re/
currit ꝛ tranſfoꝛmat̄ in illā imaginē q̄ ſibi
pn̄tialiter exhibet̄. Ex quo patet q̄ ima
go anime rōnalis ꝑ efficaciā diuini lumi/
nis in ſuā imaginē increatam deifice pote
rit trāſfoꝛmari. put docȝ apl's. ij. ad Coꝛ.
iij. Nos aūt reuelata facie gloriā dn̄i con/
templantes. in eandē imaginē tranſfoꝛma
mur a claritate in claritatē tanq̄ a dn̄i ſpi
ritu: q2 a claritate imaginis create ꝑ quan
dā ſimilitudinē trāſfoꝛmabimur in clari/
tatē imaginis increate. Et in hac tranſfoꝛ
matione imago rōnalis ꝯſtituit̄ ī tāta cō/
foꝛmitate diuīe aſſimilatōis, q̄ eſt inexpli
cabilis oī lingue. Qd̄ ſubtiliter videt̄ in
nuere apl's cū dicit. i. ad Coꝛ. ij. Oculuſ
nō vidit nec auris audiuit nec in coꝛ hoīs
aſcēdit: bonū. ſ. inenarrabile qd̄ ꝑparauit
deꝰ diligentibꝫ ſe. Hoc eñ bonū inenarra
bile qd̄ ꝑparauit deꝰ diligētibꝫ ſept dici ꝑ
fecta ꝯfoꝛmitas, ꝛ indicibil' charitas diui/
ne aſſimilatōis, q̄ oī lingue indicibil' eſt.
ꝛ incōꝓhēſibilis eſt oī mēti: nec vnq̄
pfecte cognoſcit̄ niſi in ſpeculo eternitatiſ.
qd̄ eſt verbū diuinū, ꝛ eſſentia diuina: ꝛ er/
go de iſta vnione ꝛ trāſfoꝛmatōe credēdū
eſt magis noticiā affectualē ꝛ expimenta/
lem habentibꝫ q̄ ſolū intellectualē: q2 ne/
mo hec ſcit niſi q̄ accipit ꝑ experiētiā vl' re
uelationē. Et de iſta indicibili claritate di
uine aſſimilatōis locutꝰ eſt frater Johes
de Ruyſbꝛoech in tercia pte libꝛi de oꝛna/
tu ſpūalium nuptiaꝝ: ꝛ de hac vnione ex/
tatica intelligēda ſūt eiꝰ vba: ꝛ recipienda
De q̄ vnione loquit̄ beatꝰ dyoniſiꝰ libꝛo d̄
diuinis noībꝫ capitulo d̄ amoꝛe. Et amoꝛ
diuinꝰ extaſim faciēs, ꝛ nō ſinēs ſuiipſoꝝ
eſſe amatoꝛes. ſed amandoꝝ. Propter qd̄
paulꝰ magnꝰ in ꝯtinētia diuini amoris di
uino amoꝛe ꝑticipās: Viuo ego iā nō ego.
viuit vero in me xp̄s: tanq̄ ſui amati viuēs
vita: ſic valde diligibiliter. Hec dyoniſiꝰ;
vñ patet q̄ amoꝛ extaticꝰ duo ſupponit:
ſcilicet eſſe nature noſtre, ꝛ eſſe grē q̄ intro/
ducit in tanto gradu, vt aīa potiꝰ xp̄m ſen
tiat q̄ ſeipam. Grā eñ tanq̄ deifica hab;
mentē deo aſſimilare: ꝛ ipam deifoꝛmi di/
ſpoſitōe induere. Ad hos deifoꝛmes habi
tus tā excelſos tā a nr̄a infirmitate tā lon
ginquos, ꝛ viſui noſtro tā abſcōditos ex/
ponendos, oīno minoꝛes ſumus: q2 iſta
ſūt miſteria regni dei, q̄ vt exiſtimo nō cō/
muniter oībꝫ ſed puritate intelligētie ꝛ di
uinis illuminatōibꝫ. ꝛ grā ꝑuilegiatis cō/
municāda ſūt. Intꝰ audiunt̄ ibiq̄ dicūt̄:
ideo is q̄ foꝛis ſūt dici nō debuerunt. Ne
tñ hi q̄ foꝛis ſūt derelinq̄rent̄. ſi ab his q̄ in
tus ſūt nō vocarent̄: aliq̄liter erāt innote/
ſcēda, vt diſcerēt īfirmi q̄tū eis deſit. ꝛ ad
quā pfectōeȝ aſpirare deberēt. Hec eñ ar
chana ꝛ ꝓfunda ſi ñ guſtant̄ nō amant̄: et
ſi nō amant̄ nō ītelligunt̄: ꝛ g̊ dijudicāda
nō ſunt ab his q̄ nō guſtauerūt, vnuſq̄ſq̄
eñ bñ iudicat q̄ nouit: ꝛ hoꝝ eſt bonꝰ iu/
dex. vt ait philoſophꝰ. ꝛ h̄ de primo.

Secundo videndum eſt quali/
ter doctrina pfati viri a ſenten
tijs ſanctoꝝ patrum nō diſcre
pat: ſed per oīa ipis cōſonat
ꝛ concoꝛdat. De hac eñ vnitate dicit bea
tus Bernardꝰ in epiſtola ad fratreſ d̄ mō
te dei. Vnitas ſpiritus cum deo. hoīs
coꝛ ſurſum habentis pꝛoficientis in deuȝ
volūtatis eſt pfectio: cū iā non ſolūmodo
vult qd̄ deus vult: ſȝ ſic eſt nō tm̄ affectuſ.
ſed etiā in affectu pfectus, vt nō poſſit vel/
le niſi qd̄ deus vult. velle autem qd̄ vult
deus hoc iam ſimile deo eſſe eſt. nō poſſe

velle niſi qꝺ vult deꝰ. H̄ eſt iā eſſe qꝺ deꝰ eſt
cui iaꝫ velle ⁊ eſſe idipm eſt. vn̄ bn̄ dicit̄ qꝛ
tūc videbimꝰ eū ſicuti eſt cuꝫ ſic ſimiles ei
erimꝰ h̄ erimus qꝺ ille eſt. Quibꝫ em̄ ptās
data eſt filios dei fieri data eſt ptās non q̇
dē vt ſint deꝰ. ſꝫ ſint tn̄ qꝺ deꝰ eſt/poſtmo/
dū loquit̄ ꝺ triplici ſimilitudine hoīm cū
deo. ⁊ deinde ſubiūgit. Dicit̄ aūt hec ſimi
litudo dei vnitas ſpūs nō tm̄ qꝛ afficit ſpi
ritū hoīs ſpūſſanctꝰ. ſꝫ qꝛ ipa eſt ſpūſſan/
ctus deꝰ charitas q̇ cū ſit amoꝛ pr̄is ⁊ filij
⁊ vnitas ⁊ ſuauitas ⁊ bonū ⁊ oſculū ⁊ am
plexꝰ ⁊ q̇cq̇d cōmune pt̄ eſſe amboꝝ in ſū/
ma illa vnitate veritatis ⁊ veritate vnita
tis. H̄ idē homī ſuo modo fit ad deū qꝺ cō
ſubſtantiali vnitate filio eſt ad patrem vł
patri ad filiū. cuꝫ in amplexu patris ⁊ filij
mediā qꝺāmodo ſe inuenit hominis btā
ꝯſciētia/cū modo ineffabili incogitabili/
q̄ꝫ fieri meret̄ hō dei/nō deꝰ. ſꝫ tn̄ qꝺ ē deꝰ.
Ecce qūo iſta ſn̄ia bn̄ om̄ino ꝯcordat do/
ctrine fratris Johis ꝺ Ruyſbroech ⁊ mu
tuo ſibi ꝯſonāt. Hoc idē patet ex epl'a in/
feriꝰ annotata. quā q̇dā vir deuotiſſimꝰ ⁊
doctiſſimꝰ cōpoſuit in q̄ ſub breuibꝫ ver/
bis deſcriptꝰ eſt totꝰ ꝓceſſus libꝛi fratris
Johis Ruyſbroech ꝺ oꝛnatu ſpūaliū nu
ptiaꝝ/cū his ꝯcoꝛdat gilbertꝰ ſup cantica
ſmone. ij. vbi diſtinguit ꝺ triplici lectulo
Primꝰ eſt ꝓpꝛiꝰ ſpōſe. Scꝺs eſt cōis ſpō
ſe ⁊ ſpōſi. Terciꝰ ꝓpꝛiꝰ eſt ſpōſi. Sponſe
lectulꝰ eſt cū quietis ⁊ pacatis ⁊ cōpoſitiſ
moꝛibꝫ intra ſe collecta req̇eſcit. Cōis eſt
cū iā incipit oblectari ī ſpōſo. Sꝫ ꝓpꝛius
ſpōſi eſt qn̄ ſui oblita penitꝰ ⁊ ex ſe exuta
tota trāſit in ipm ⁊ q̄ſi induit̄ ipſo dilecta
ipiꝰ. In lectulo ſuo nō effluit ſpōſa extra
ſe nec turbat̄ ī ſe. In lectulo cōmuni afflu
unt illi delicie q̄dā de ꝓſentia ſpōſi. In il/
lo lectulo q̇ ſolꝰ eſt ſpōſi amoꝛis exagitata
incendiū ebullit ⁊ excreſcit. effuſa ⁊ effluēſ
tota trāſfundit̄ in ipm. ⁊ ī ſimilē abſoꝛbet̄
q̄litatē. In pꝛimo penes ſe eſt. In ſecūdo
penes illā ſpōſus. In tercio penitꝰ eſt ipa
penes ipm. ⁊ ſi dici p̄t non eſt niſi ipe. In
ꝑmo q̄rit. In ſcꝺo adheret. In tercō vnit̄
illi. In pꝛimo tranq̇llitatē ꝓpꝛiā poſſidet.
In ſecūdo quandā meret̄ cōmunitatē cū
dilecto. In tercio abſumit̄ ⁊ abſoꝛbet̄ ī q̄n
dā charitatis ⁊ gr̄e vnitatē. Hec gilbertꝰ
vbi ſupꝛa. Cū ꝑdictis ꝯcoꝛdat dyoniſiuſ
magnꝰ ſic patet in autoꝛitate ſupius alle/
gata ⁊ pluribꝫ locis libꝛoꝝ ſuoꝝ. Et hugo

de ſancto victoꝛe cōmentatoꝛ ꝑfati dyoni
ſij ſup ſeptimū angelice hierarchie dicēs.
Sic intelligas q̄nta eſt vis veri amoꝛis ⁊
dilectōis ſi tn̄ intelligi p̄t qm̄ dilectio ſup
eminet ſciētie ⁊ maioꝛ eſt intelligētia plus
em̄ diligit̄ q̄ꝫ itelligit̄. Intrat dilectio ⁊ ap
ꝓpinq̄t vbi ſciētia foris ſtat. Et reddit ra
tionē iſtiꝰ. Quia verꝰ amoꝛ ſiue charitas
nullū patit̄ mediū inter ſe ⁊ obiectū qꝺ eſt
deꝰ. ſꝫ vehementer tendit in ipm imediate
Et ideo nunq̄ꝫ quieſcit donec oīa trāſeat
⁊ ad ipm dilectū ⁊ in ipm veniat. Vn̄ ſub
dit ibidē. Dilectio ſiue amoꝛ impetum ſe/
quens ardētis deſiderij ſui nec diſſimula
re valēſ donec ad amatū ꝑuenerit/amato
appꝛopinq̄t q̄ꝫtū p̄t/⁊ eo amplꝰ ſitiēs in/
trare ipm cupit ⁊ eſſe cuꝫ ipo/⁊ eſſe tā ꝓpe
vt ſi fieri poſſet h̄ idē ipm ſit qꝺ ipe Nihil
em̄ velociꝰ nihil acutiꝰ nihil ſubtiliꝰ amo
re aut penetrabiliꝰ. qꝛ natura ſua nō quie
ſcit donec naturaliter amabilis totā pene
trauerit virtutē ⁊ ꝓfunditatē ⁊ totalitatē
q̄ꝫtū p̄t. Huic etiā ſententie alludit ꝑ om̄ia
vercellēſis ſup cantica dicēs. q̄ affectꝰ ⁊ in
tellectꝰ ſimul cōambulāt vſq̄ꝫ ad nouiſſi/
mū defectū intellectꝰ vbi habet ſue cogni/
tionis ⁊ ſui lumīs ꝯſummatōeꝫ. Affectuſ
aūt adhuc ꝯtinet pꝛincipalia in deū ſuſpi
ria ⁊ ſupintellectuales extēſiones ⁊ imiſſi
ones/feruidos vulgares ⁊ fulgidos feruo
res ad quoꝝ oīm ſublimes exceſſus ⁊ ex/
cedētes ſublimitates intelligētia trahi nō
p̄t. ſꝫ solꝰ pꝛincipal' affectꝰ deo vnibil'. Et
poſtea ibideꝫ dicit. Tanta eſt virtus veri
amoꝛis ⁊ pulcritudiniſ q̄ nō ſolū facit ho
mines ⁊ āgelos excedere naturā ꝓpꝛiā vt
in deū aſcēdant. ſꝫ etiā deū q̄ſi naturam ꝓ
pꝛiā egredi vt ad creaturas q̄ſi infra natu
ram ſuā ꝓducendo deſcendant. Ecce qūo
oēs iſti excellētiſſimi doctoꝛes in h̄ ꝯueni/
unt q̄ aīa qn̄ rapit̄ ī diuini lumis abiſſuꝫ.
tota deficit a ſeipa ⁊ ī illū quē diligit tota
liq̄ſcit ⁊ ſupintellectual'r ei vnit̄. ⁊ vnitiſſi
me trāſfoꝛmat̄ in ipm ita vt aīa dū a ſeipa
alienat̄ dū ī iſtꝺ diuini archani ſecretariū
rapit̄. dū ab illo diuini amoꝛiſ incēdio cir
cūdat̄ itime penetrat̄ ⁊ inflāmat̄ ſeipaꝫ pe
nitꝰ exuit ⁊ diuinū q̄ndā affectū induit et
in ſpecte pulcritudini ꝯfigurata tota ī ali/
am glorịam trāſit.

His ꝑlibatiſ r̄ndendū ē tercō ad ob
iectōnes ⁊ rōnes q̄bꝫ dn̄s cancel/
larius doctoꝛ venerabilis et vir

eloquentiſſimus doctrinam prefati viri
videlicet fratris Johis ꝺ ruyſbroech vi/
deꝛ aliq̄liter calūniari ⁊ reprobare. Scie/
dū eſt ꝗ ꝙ autor p̄fati libri ꝺ ornatu ſpūa/
liū nuptiaꝝ nō ſic ille mgr̄ arbitraꝛ homo
ydiota fuit ⁊ ſine lr̄is:in h̄ male erat infor/
matus:ſꝫ erat ſacerdos vt ſpero deo acce
ptiſſimꝰ primꝰ prior ⁊ fundator cuiuſdaꝫ
monaſterij canonicoꝝ regulariū in brabā
tia appellati viridis vallis cameracenſis
dyoceſis.⁊ ſiti ī quadā ſilua q̄ vocaꝛ zonia
iuxta ciuitatē famoſā que diciꝛ bruxella.
Qui doctrinā ſuā nō latino ſermone ſed
theutunico cōſcripſit;licet eīn cōpetentis
ſciētie fuerit.nō tn̄ tā eminētis ſciētie erat
ꝙ p̄ſatā doctrinā latino ſmone tā cōpoſi/
to ⁊ ſtilo tam elegāti ſcribere potuiſſet.niſi
ſpeciali dono dei ſibi datū h̄ fuiſſet. Sed
quidā frater eiuſdeꝫ monaſterij vir valde
ingenioſus ⁊ lr̄atus poſtmodū ob ꝓfectū
oīm nationū quoſdaꝫ libroꝝ ſuoꝝ latino
ſermone tranſferre in ꝑſona ipſiꝰ curauit
Ammirātes ergo doctrinā eiꝰ laico ſmo/
ne ꝯſcriptā faciliter ꝑpendere poſſūt ipm̄
nequaꝗ̄ hāc didiciſſe ab homiē vt ab hu/
mana ſciētia:ſꝫ accepiſſe a deo ⁊ a diuīa ſa
pientia ⁊ mgr̄a vnctione;a fratribꝫ eīn eiꝰ
cognoſci p̄t ꝙ fuit hō miſſus a deo.cui in
his nouiſſimis diebꝫ hec deuota archana
⁊ ꝓfunda atꝗ̄ diuīa deꝰ diſpenſanda lar/
gitꝰ eſt vt noua admonitio ſuos meliꝰ at/
traheret auditores:⁊ vt ſectā illoꝝ libero
rū ſpirituū q̄ tp̄e vite ſue multū in brabā/
tia ⁊ illis partibꝫ pullulabāt extirparet.et
errores ipoꝝ denudaret. Vixit eīn homo
iſte dei poſtꝗ̄ illud lamētabile ſciſma ī ec/
cleſia ſurrexit:nā a tp̄e mortis ſue.xxv.an
ni fluxerūt vel circiter. Hac ergo occaſio/
ne ⁊ neceſſitate cōpulſuſ hec ꝓfunda ⁊ ſub
tilia theutunico ſmone ꝯtexuit. Qui qui
dem hāc doctrinā abſꝗ̄ aliq̄ labore ſtudij
ſola grā ſpūſſancti eiꝰ mentē docente ⁊ ꝑ/
luſtrante eructauit.ſic bene comptuꝫ eſt il
lis q̄ ſecū ꝯuerſati ſūt.⁊ ſecretoꝝ ſuoꝝ con
ſcij fuerūt. Si ergo ſtilꝰ libri ī latinū trāſ/
lati magis redoleat humanā eloquētiā ꝗ̄
diuinā:h̄ nō imputandū eſt autori:ſꝫ trāſ/
latori. Qui quidem trāſlator ꝑ eo ꝙ orna
tui ⁊ eloquētie ſermonū plus oꝑam dedit
ꝗ̄ forte expedit ⁊ quedā ꝑ arbitrio ſuo ad
didit in p̄dicti libri trāſlatōe multū deſu/
dauit:licet autor ab hac deſudatōne liber
⁊ experſ fuerit.cui oīa q̄ docuit.ꝓut pie cre
dimꝰ ſpūſſanctꝰ inſpirauit ⁊ āminiſtrauit:
licet etiaꝫ doctrina iſtius viri in latinum
trāſlata ſit multū gratioſa cōpunctiua et
deuotōis excitatiua:tn̄ ignitū eloquium
dn̄i vehemēter qđ in verbis illius theutu
nicis inueniꝛ mlto gratioſiꝰ eſt.magꝭ mo
uens afficiēs ⁊ accendēs legentē.ita vt du
riſſimꝰ corde ſit.q̄ nō ex eoꝝ lectione com
pungaꝛ ad deuotionē.exciteꝛ.⁊ ad melio/
ra ꝓuehaꝛ ⁊ ſublimeꝛ. Verūtamē ꝙ dictꝰ
doctor egregiꝰ ſentiat terciā partē huiꝰ li/
bri penitꝰ reſcindendā tanꝗ̄ diſcrepanteꝫ
a doctrina ſana ſanctoꝝ doctoꝝ.nō ꝯſen/
tio ſibi in h̄:ſꝫ videꝛ mihi eſſe approbāda
doctrina huiꝰ tercie ꝑtis.⁊ aſſerēda tanꝗ̄
ꝯſona ⁊ ꝯcordās ꝑ oīa doctrinis ⁊ ſenten/
tijs ſanctiſſimoꝝ ⁊ famoſiſſimoꝝ doctoꝝ
totiꝰ eccl'ie.ſicut ſatis declaratū eſt capitu
lo p̄cedenti. Doctrina eīn huiꝰ tercie ꝑtis.
intelligenda eſt de illa vnione extatica.ſic̄
ſuperiꝰ dictum eſt ī primo capitulo. De q̄
vnione iſte mgr̄ nullā facit mentionē ī epi
ſtola ſua. Qꝫ etiā dicit ꝙ tercia ꝑs eiuſdē
libri repudianda eſt tanꝗ̄ male explicata:
notandū eſt.ꝙ ꝺ deo meliꝰ poſſumꝰ cogi/
tare ꝗ̄ loq̄. Conātes ergo hoīes ſancti de
deo loq̄ nec valētes niſi ꝟbis:aptioribus
ꝟbis q̄ dicēda ſūt exprimūt.⁊ modū loq̄n
di quē vſus ſanctoꝝ patꝝ tenuit imitanꝛ:
⁊ ſic autor huiꝰ libri in iſta materia altiſſi
me ⁊ ſūme ꝯtemplatōis imitatꝰ eſt modū
loq̄ndi ſanctoꝝ patrū qui de hac materia
locuti ſūt:vtēdo quibuſdā ꝟbis nō ꝓprie
ſꝫ trāſſumptiue:ſicut iſta materia exigit.
Scd̄m exigentiā materie ſmones ſūt ex/
petēdi;ſic eīn dyoniſiꝰ ī libris ſuis caligi/
nē vocat:qn̄ ſpūs rōnales inducunꝛ ī iſtđ
interiꝰ cenaculū diuine claritatꝭ:vbi clau
ſis ſenſuū hoſtijs ſecretiꝰ caſtiſſimo āple/
xu ꝯueniūt cū dilecto:⁊ tn̄ maxia illuſtra
tione ibi irradianꝛ. Silr̄ qn̄ mentē ꝯtigit
rapi ⁊ in ſuꝑipſius extaſim perduci.tunc
annihilari diciꝛ:quia mens in extaſi poſi
ta ſibi ⁊ oīmibus creaturis funditus mo/
ritur.inquantū ſeipam neſciēs.ſui ⁊ omni
um creaturaꝝ obliuiſciꝛ. Ideo de talibuſ
mētibꝫ dicit apl's ad Col.iij. Mortui eſtiſ:
⁊ vita veſtra abſcondita eſt cuꝫ chriſto in
deo. Sic etiā ſpiritꝰ rationales ſeipſos ꝑ
dere eſt omino non ſentire ſemetipſos ⁊ a
ſeipſis exinaniri.⁊ pene annullari:vbi tn̄
meliꝰ ſecum ſūt.cū ſic ſūt ꝙ tn̄ vbi ſint ne/
ſciant:⁊ licet hucuſꝗ̄ ſeipos habent.tn̄ ſe

modo ꝓdicto ꝑdiderunt. Nõ vtiqꝫ videt̃
ꝯtigiſſe ap̄lo cũ ĩ raptu ꝯſtitutꝰ an in coꝛ/
poꝛe vl' extra corpꝰ eſſet ꝑſus ſe aſſerit ig
noꝛare. Scriptura ſacra eo ſpũ exponen/
da ⁊ intelligẽda eſt q̃ plata Et ſic arbitroꝛ
ꝙ ſi dicta huiꝰ prioꝛis ſm̄ illũ ſenſũ diui/
nũ ⁊ ſpũm intelligant̃ q̃ plata ſũt ꝙ in eis
erroꝛ nõ apparebit ſʒ mera ⁊ clara veritaſ
relucebit. Sepe ſancti viri d̾ altiſſima cõ
templatõne quedã ꝓferũt q̃ minꝰ ꝑfecti qꝛ
penetrare nõ poſſũt lapſũ erroꝛis putant
Nõ puto dici potuiſſe: qd̾ hunc prioꝛem
puto ſenſiſſe. Eſt em̄ iſte modꝰ ſentiendi
alienꝰ ab om̄i modo vſitato ſentiẽdi. Vñ
nec vſitatis v̾bis p̄t aliq̃tenꝰ explicari Et
ideo qñ viri ꝑfecti nr̃a inſtantia ⁊ inopoꝛ/
tunitate ac charitate deuicti aliq̃d nobis
de tali affectõe vel intelligẽtia temptaue/
runt reuelare. ſuccũbunt verbis: vel talia
v̾ba loquunt̃. q̃ nr̃m intellectuʒ excedunt.
Suauitas hec q̃ deuotiſ mentibꝫ in vnio/
ne intima dei ꝓpinat̃ tã ſublimis eſt ꝙ nec
vocali nec mẽtali v̾bo eſt expꝛſſibilis. ſʒ ſo/
la attingibil' eſt expꝫientia: ⁊ g̃ nõ eſt mirũ
ſi illud qd̾ dicit̃ d̾ indiciali eo modo q̃ di/
ci p̄t. ſit minꝰ gratũ. minꝰ placeat. minꝰ ac/
ceptet̃ ab his q̃ talia nõ ſũt experti. Et qꝛ
hãc vnionẽ intimã ⁊ extaticã in q̃ ſpũs rõ
nalis ꝑfecta aſſimilatõe cõfoꝛmat̃ imagi
ni ſue increate. ꝓdictꝰ autoꝛ conatꝰ eſt ex/
plicare. q̃ tñ difficillima eſt ad diſſerendũ:
idcirco quedã v̾ba ꝓtulit. q̃ a ꝙ̄pluribꝫ ñ
capiunt̃. Que tñ ſi recte fuerint intellecta.
⁊ ad intentõeʒ dicẽtis reſpectꝰ habeat̃. nõ
erroꝛẽ ſʒ ꝯceſſam puto ꝯtinẽt veritatem.
Pro quoꝝ verboꝝ pleniori intellectu
habendo ſciendũ eſt ꝙ hec vnio extatica q̃
ꝯſiſtit in amplexu vnitiuo ſũmi boni tri/
pliciter ⁊ ſub triplici habitudine ꝑcipit̃ i
hac vita. Aliqñ em̄ ꝑcipit̃ ex diuine clari/
tatis ⁊ eſſentie trãſitoꝛia viſione ⁊ ꝯtẽpla/
tione: Interdũ ex diuĩe ſuauitatiſ ꝑlibato
ria fruitione: Interdũ v̾o ex diuĩe immẽ/
ſitatiſ iocũda ãmiratõe. Et de aliq̃ iſtoꝛuʒ
triũ modoꝝ ſiue d̾ vnoquoqꝫ puto eſſe in
telligẽda dicta tercie ꝑtis illiꝰ libri de oꝛ/
natu ſpũaliuʒ nuptiaꝝ: potiſſime tñ d̾ pri
mo modo. videlicet de illa vnione ⁊ ꝯtem
platione q̃ fit in raptu Primũ hoꝝ liquet
in paulo: q̃ fuit ĩ raptu. intuitiua ꝯtẽplatõ
ne diuĩe eſſentie trãſitoꝛie illuſtratꝰ. Et li
cet paulꝰ ĩ illo raptu habuerit actũ beati/
ficũ: tñ ex h̃ nõ potuit dici ꝑfecte beatꝰ: qꝛ
ñ habuit ſtatũ beatificũ. nec etiã illũ actũ
modo cõpꝛehẽſoꝝ puto ꝑmanẽter ⁊ imo/
biliter. ſicut habẽt beati: ſʒ fluxibiliter ⁊ trãſi
toꝛie. ſicut lumẽ ꝯtinuat̃ ĩ aere ad ſolã p̄ſenti
am ſolis: q̄re nõ debuit dici ex h̃ ꝑfecte be/
atus. Secundꝰ modꝰ apparet in ꝓpheta
dauid: q̃ tãta dulcedĩe diuĩe ſuauitatis re
pletꝰ fuit. ꝙ tanq̄ ebriꝰ clamauit. Delecta
tiones in dextera tua vſqꝫ ĩ finẽ: innuens
ꝑ h̃ ꝙ mẽſura ⁊ magnitudo huiꝰ ſuauita/
tis nullo termino vl' fine poterit coartari.
Terciꝰ modꝰ patebit ĩ regina ſaba: q̃ viſa
gloꝛia ⁊ magnificẽtia regiſ ſalomonis. pꝛe
magnitudine ãmiratõis defecit: ⁊ in exta/
ſim rapta fuit De talibꝫ mentibꝫ verificat̃
illud qd̾ ſcribit̃ Iſa. lx. Tũc videbis ⁊ af/
flues. ⁊ mirabit̃ ⁊ dilatabit̃ coꝛ tuũ: qꝛ in il
lo lumĩe thearchico tibi diuinitꝰ influxo
videbis illa q̃ nec oculꝰ vidit nec auris au
diuit ⁊c̃: in q̃ excellẽtia illius viſionis ⁊ co
gnitionis deſignat̃.

Pro ampliori vero declaratõe
illiꝰ dicti ꝙ p̄fatus mgr̃ dicit ꝙ
doctrina illiꝰ tercie ꝑtis ñ ſtat
cũ determinatõe decretal'. Sci
endũ eſt ꝙ quicũqꝫ pie libꝝ alicuiꝰ eccl'ia/
ſtici doctoꝛis legit. ſi quid ĩ eo q̄ſi dubiũ ⁊
ſcrupuloſũ inuenerit. nõ ſtatim exardeſcẽ
do inuadit: ſed inſpicit ⁊ diſcernit ⁊ retra
ctat ex circũſtantijs ⁊ ex ſcriptis eiuſdẽ au
toꝛis: ⁊ ad vltimũ piꝰ eligit cõfiteri ſe ig/
noꝛare vl' nõ intelligere ꝙ̄ illi erroꝛis no/
tã impingere: niſi manifeſta ĩ eo hereſis de
ꝓhendat̃. Cõſtat em̄ catholicos p̄res q̃ di
uerſos libros ꝯſcripſerũt d̾ eadẽ ſñia nũc
obſcuriꝰ nũc aptiꝰ fuiſſe locutos: nec h̃ du
cit̃ ꝓ incõueniẽti. Varietas em̄ affert pul
critudinẽ ⁊ delectat audiẽtes ſiue legẽtes:
rara ⁊ difficilia bis delectãt ait oratiꝰ poe
ta. Sic igit̃ ſepedictꝰ frater Iohãnes de
Ruyſbroech licet ĩ tercia ꝑte libri d̾ oꝛna/
tu ſpũaliuʒ nuptiaꝝ de illa ſublimiſſima
materia ⁊ obſcuriſſima obſcuriꝰ ſit locutꝰ
ĩ alijs tñ lociſ ⁊ libꝛis ſuis vbi d̾ eadẽ mate
ria dogmatiſat planiꝰ ⁊ aptiꝰ ſuã intẽtio/
nẽ explanauit. Vñ ĩ libꝛo ſuo q̃ d̾r de cal/
culo vl' de ꝑfectõe filioꝝ dei ip̄e manifeſte
ꝓteſtat̃ ꝙ ĩpoſſibile ẽ nos ex toto deificari:
nr̃amqꝫ creatõeʒ ĩ creatoꝛẽ mutatos amit
tere. Diuĩa em̄ natura ſicut ĩ ſe ẽ ĩmutabiliſ
⁊ incõuertibil': ita nõ ſinit aliã naturã ĩ ſe
eſſentialr̃ ꝯuerti. Impoſſibile ẽ eĩ vt crea
tura deꝰ vl' creatoꝛ efficiat̃. Verũtñ deo ꝑ

mediũ ⁊ ſine medio vnimur. per medium
videlicet grẽ ſue ⁊ noſtroꝝ opeꝝ. Gr̃a eñ
dei mentẽ noſtrã irradians docet nos ve/
ritateꝫ: dirigitqꝫ nos ad om̃es virtutes ⁊
ĩ eternã dei dilectionẽ. ⁊ amoꝛis exercitiũ:
verũtamẽ vltra has grãꝫ ⁊ virtutes inter
deũ ⁊ nos mediãtes, deo etiam ſine medio
vnimur: qñ ĩpetu ardẽtis amoꝛis excedi/
mꝰ om̃e creatũ vſqꝫ ĩ ĩpas ſupſubſtãtiales
dei diuitias: vbi ĩ amoꝛe cũcta trãſimꝰ mo
riẽtes om̃i ꝯſideratõe in quandã inſciẽti/
am ⁊ caliginẽ: ibi agimur ⁊ ſuperinfoꝛma
mur ĩpo ṽbo eťno qđ ẽ imago pr̃is. Huic
ſñie oẽs pr̃es ſuperiꝰ noĩati ꝯcoꝛdãt. Cũ/
qꝫ ſic deo vnimur: remanet tñ ĩ nobis ſcitꝰ
viuꝰ: ⁊ amor actiuus: Qm̃ abſqꝫ ſcitu nr̃o
deũ videre nõ poſſumꝰ: nec ſine amoꝛis ex
ercitio deo vniri vnitionẽqꝫ ſuare valemꝰ
Si me ignoꝛãte totiꝰ mũdi dñs eſſem: q̃d
mihi ꝓſtaret ſolatiũ. Idcirco ſentiemꝰ nos
eternalr̃ guſtãtes ⁊ poſſidẽtes teſte xp̃o q̃
ait. Hec eſt vita eterna: vt cognoſcãt te ſo
lũ veꝝ deũ ⁊c. Sic ergo patet vitã nr̃am eter
nã ꝯſiſtere ĩ diſcreta ſiue diſtinctiua cogni
tione dei, ⁊ ꝯtẽplatõe dei intuitiua. Ultra
oĩa tñ hec erimꝰ q̃ſi expirati ſupꝛa ſpũm. ſi
ne ſpiritu. ĩ abyſſali ⁊ incõpꝛehẽſibili ⁊ im
mẽſa dei glĩa. Itẽ ſpũs dei q̃ nob̃ flat efflu
it ⁊ inſpirat vt deũ diligamꝰ ⁊ ṽtutes ope
murꝰ nos eñ ad ſe ⁊ ĩ ſe attrahit ⁊ intrabit:
vt in ĩpo quieſcamꝰ ⁊ eo ꝑfruamur. Et in
his duobꝫ eterna vita ſtat: queãdmodũ ꝑ
aeris inſpiratõeꝫ ⁊ expiratõeꝫ diaſtole ⁊ ſi
ſtole nr̃a vita ꝑſeuerat materialis. Et ex
his patet q̃ nõ cõtradicit decretali: q2 ipſe
ponit ſicut decretal' aſſerit btitudinẽ noſtrã
ꝯſiſtere ĩ viſione dei intuitiua. ⁊ fruitõe di
uine eſſentie. Preterea ſcio q̃ beatꝰ Tho/
mas de aq̃no clare dicit q̃ ĩ viſione q̃ vide
tur deꝰ ꝑ eſſentiã opꝫtet q̃ deꝰ ſit foꝛma in/
tellectꝰ nr̃i: q2 quacũqꝫ alia infoꝛmaret̃ il
la nõ duceret nos ĩ eſſentiã diuinã: ⁊ ẽ ĩ ip
ſa eſſentia diuĩa erit q̃ſi foꝛma intellectꝰ q̃
intelliget. Qđ quidẽ nõ opꝫtet ita intelligi
q̃ diuĩa eſſentia ſit ṽa foꝛma intellectꝰ nr̃i.
vel q̃ ex ea ⁊ intellectu nr̃o efficiat̃ vnũ ſim
pliciter. ſicut in naturalibꝫ ex foꝛma ⁊ mate/
ria naturali: ſꝫ q2 ꝓpoꝛtõ diuĩe eſſentie ad
intellectuꝫ noſtꝝ eſt ſicut ꝓpoꝛtio foꝛme ad
materiã: ⁊ q̃ fiãt vnũ q̃tũ ꝑtinet ad actuꝫ
intelligẽdi. Et vlteriꝰ dicit q̃ deꝰ ĩ patria
nõ tm̃ erit cognitio q̃ cognoſcet̃ ab aĩa: ſꝫ
etiã ꝑ quã aĩa cognoſcet. Ex q̃ ꝯcludit̃ q̃
beatꝰ thomas fuit iſtiꝰ opinionis, q̃ deꝰ ꝑ
ſuã eſſentiã eſt ꝯiungibilis intellectui nr̃o:
nõ tñ ſic quin ibi erit lumẽ gloꝛie mediuꝫ:
qđ eleuabit intellectũ noſtꝝ ad hoc q̃ poſſit
ꝯiungi eſſentie increate: ſꝫ ab hoc medio nõ
dicit̃ cognitio mediata. q2 non cadit inter
cognoſcẽtẽ ⁊ rẽ cognitã: ſꝫ eſt iſtud qđ dat
cognoſcẽti vim cognoſcẽdi. Iſtud erit in
patria. Sꝫ ĩ ſtatu vie nullꝰ intellectꝰ pure
creature pt̃ in viſione dei ꝑ eſſentiã ꝑueni
re ꝑ aliquã diſpoſitõeꝫ ſibi inherẽtẽ: ſꝫ cõ/
tingit aliq̃ñ diuina ṽtute q̃ aliq̃ res mira
culoſe ꝑducit̃ in aliqđ. in qđ nullo modo
pt̃ ꝑ aliq̃s diſpoſitões ſibi inherẽtes ꝑdu/
ci: ſicut q̃ virgo pariat ⁊ q̃ ignis in aĩa cõbu
rat. Et ſilr̃ pt̃ miraculoſe fieri q̃ diuĩa vir
tute aliq̃s intellectꝰ creatꝰ nõ habens niſi
diſpoſitões vie. eleuet̃ ad videndũ deuꝫ ꝑ
eſſentiã: nec tñ ex tali viſione dicit̃ beatus
ſimpliciter: ſꝫ ſcḋm q̃d tm̃ q̃tũ cõicat ĩ actu
beati. Puto q̃ hec dicta beati thome ꝓba
biliter ſuſtineri poſſũt abſqꝫ ꝑiculo here/
ſis ⁊ ꝑiudicio fidei. Inſuꝑ ꝑdictꝰ mgr̃ di/
cit q̃ nullꝰ theologoꝝ vnq̃ talẽ modũ be
atitudinis poſuerit q̃lis ab iſto autoꝛe ex
plicat̃: videlicꝫ q̃ aĩa tũc deſinit eſſe in illa
exiſtẽtia quã pꝛiꝰ habuit ĩ ꝓpꝛio genere ⁊
ꝯuertit̃ ſeu trãſfoꝛmat̃ ⁊ abſoꝛbet̃ in eſſe di
uinũ. ⁊ ĩ illud eſſe ideale defluit qđ habuit
ab eterno ĩ eſſentia diuina. Pro cuiꝰ dicti
euidẽtia eſt ꝯſiderandũ q̃ qñ aliq̃ ſcriptu/
ra eſt miſtica ⁊ obſcura. tũc obſeruãdũ eſt
q̃ interꝑtatio fiat ſcḋm intentionẽ dicentis
Nihil eſt eñ ita bñ dictũ: qđ nõ poſſit ma
le interꝑtando ⁊ narrãdo depꝛauari. Fa/
teoꝛ ergo veꝝ eſſe q̃ nullꝰ doctoꝝ moduꝫ
beatitudĩs ponit ſcḋm quẽ iſte mgr̃ ſua ver
ba intelligit ⁊ recipit. Sed nequaq̃ arbi
troꝛ autoꝛẽ huiꝰ libꝛi ita deſipuiſſe q̃ ipſe
ſic ſentiret ſicut iſte mgr̃ ſibi imponit: nec il/
lũ ſenſũ ṽba ſua ꝓtendunt ſi diligenter in
ſpiciant̃: ſꝫ potiꝰ ſic ĩtelligẽda ſũt. q̃ mẽs
dulcedine verbi diuini illecta rapit̃. ⁊ illa
bit̃ a ſeipa. vt verbo fruat̃. Illicqꝫ ibi noſ/
metipſos excedimꝰ in caliginẽ ⁊ in modi
carentiã inſcrutabilẽ: ibi nos deꝰ ex nobiſ
ĩpis trahit trãſfoꝛmat ⁊ deglutit in ipſam
ꝓfundiſſimã diuinitatꝫ trãquillitatem. in
ĩpam ſui ſupeſſentiã ⁊ ſui ſpũs vnitatem.
amoꝛiſqꝫ abſoꝛptõeꝫ: vbi vi amoꝛis exta/
tici aſſequimur illã ꝯfoꝛmitatẽ ⁊ deifoꝛmi
tateꝫ quã ſcḋm rõeꝫ idealẽ habuimꝰ ab eter
no ĩ mẽte diuina: ibiqꝫ vnũ effecti ſumus

cum deo. Nec vnitas non intelligēda ſcḋm
identitatē realis exiſtētie. ſ; ſcḋm quanda;
ꝯformitatis ⁊ trāſformatōis ſilitudinem
Nequaq̄ꝫ ergo eſtimādū eſt ꝑfatū fratrem
Johannē de Ruyſbroech fuiſſe iſtius opi
nionis vel erroris. ꝙ voluiſſet aſſerere ſpi
ritū rōnalem in beatifico vniri diuine eſ/
ſentie ꝑ trāſformatōe; eſſentialē in identi
tatē diuine nature: aut ꝙ nō ſit neceſſariū
ꝙ potētia intellectiua creata ſit eleuata ꝑ
habitū ſupnaturalē lumīs glīe ad elicien
dum actū beate viſionis. Sz ita videt̃ ſa
pere ꝙ q2 ipe de⁹ ꝓpter ſummā ei⁹ ſimpli/
citatē mēti illabit̃. ideo cognoſcem⁹ eū in
ſeipo obiectiue: ⁊ etiā per ſeipm repſentati
ue. vt ly in ipo excludit mediationē ſpeci/
ei. q2 i patria deū abſq̄ꝫ ſpecie ⁊ ſilitudine
cognoſcet̃. ⁊ ly per ipm excludat mediatō
nē lumis extranei diuinā eſſentiā repſen/
tantiſ. q2 eſſentia diuina ī ſuo ꝓprio lumi
ne videbit̃. Nō eñ requirit̃ aliud lumē de
foris ab eſſentia: ſic lumē ſolis requirit̃ ad
videndū colores ⁊ reꝝ ſpecieſq̄ꝫ in tene/
bris videre nō poſſum⁹: ſ; ꝑ h̄ nō vult di/
cere/ quin actu nr̄o creato/ ipm deū cogno
ſcam⁹/ ⁊ ꝑ ꝯſequēs optet ꝙ ipa potētia in
tellectiua ſit ꝑ habitū ſupnaturalē infor/
mata vt poſſit ꝑtingere ad iſtud obiectu;
finitū ad qḋ ex ſe ꝑtingere nō pt. Et q2 in
viſione beatifica ipm viſū nō videt̃ ꝑ ſimi
litudinē ſ; ꝑ eſſentiā efficit̃ qḋāmodo in/
tra videntē. Ex h̄ aūt ꝙ ipm viſū receptū
eſt intra videntē: vnit ſibi ipm videntē: vt
fiat q̄ſi quedā penetratio mutua ꝑ amorē.
ſic dicit̃ Joh. iiij. Qui manet ī charitate ī
deo manet: ⁊ de⁹ in eo. Ad vnionē aūt ma
xime ꝯueniētis ſequit̃ delectatio ſūma ⁊ ī
h̄ ꝑficit̃ noſtra felicitas. Ex q̄ patet ꝙ gau
diū fruitōis in actu diuine viſionis q̄ vi/
det̃ diuina eſſentia nude in ſeipa inchoat̃.
ſ; in dilectōne ⁊ amplexu vnitiuo ⁊ guſtu
affectuali diuine dulcedinis ꝑficit̃ ⁊ ꝯſum
mat̃. Quāuis eñ fruitio nō ſit ſine viſio/
ne: ꝑfecti⁹ eſt tñ in dilectōe. Sic eñ hic ꝑ/
fectius eſt diligere q̄ꝫ agnoſcere: ſic ⁊ ibi in/
tellect⁹ noſter implebit̃ leticia viſionis: ſ;
affect⁹ noſter implebit̃ leticia dilectionis:
cui ꝯuenit ꝯire ⁊ trāſformare. Ad gaudiū
beatitudinis tria ꝯcurrūt: perfecta viſio:
plena cōprehenſio: inheſio amoris conſū
mati. Et ī iſto ſtat tota ſūma dictoru; fra
tris Johānis de ruyſbroech ꝯcernentiu;
ꝑſentē materiā. Vñ ſicut ex ipis dict̄ ma/
nifeſte colligi ⁊ elici pt. ipe ponit beatitudi
nē noſtrā ꝯſiſtere in diſtinctiua ſiue diſcre
tiua cognitōe ⁊ ꝯtemplatione dei intuiti/
ua: ⁊ hanc vocat beatitudinē actualē. ⁊ in
fruitione dei quieſcitiua. vbi aīa igne diui
ni amoris reſoluta liq̄ſcit ⁊ deficit a ſeipſa.
⁊ ſpoliata oīm viriū ſuaꝝ ꝓpria ⁊ natura
li actiuitate. mentalē ſimplicitatē induit: ⁊
imaginis increate aſſequit̃ aſſimilationē.
Gaudiū fruitōis eſt tante magnitudinis
⁊ tā indicibilis ſuauitat̄. ꝙ mēs beata vel
humana plene cōprehēdere nō pt: ſ; tota
abſorbet̃ ex plenitudine illi⁹ gaudij: ſic ſtil
la aque abſorbet̃ a vino forti: vt dic̄ Ber.
Et iſtū guſtū fruitōis. oēs vires aīe indici
bili gaudio abſorbēt: ⁊ hāc inheſionē ⁊ am
plexū melliflūū indiſſolubilis charitat̄ et
abſorptionē abyſſabilē amoris vbi aīa in
abyſſat̃ ⁊ totaliter in deū traijcit̃ ⁊ trāſfor/
mat̃ appellat beatitudinē eſſentialē: q2 ibi
aīa oīm viriū ſuaꝝ actiuitate ſpoliatur: ⁊
vtit̃ ſola ꝯſolatōe diuīe ſuauitatis. Ibi in
quit in pace in idipm dormit ⁊ requieſcit:
dormit ī quietatōe plena intellect⁹: requi
eſcit in plena ſatiatōe affect⁹. Et ſic patet
ꝙ ſenſus ei⁹ eſt veriſſimus: nec diſcrepat a
ſentētia ſanctoꝝ patꝝ. Et ſi eſt aliq̄s error
in dictis ſuis: ille ſolū ſtat in q̄d nois: noīa
aūt ſūt ad placitū: ⁊ ideo talis error nō eſt
magni ponderis. Q, aūt dicit̃ ꝙ ad fruiti
onē ſpectat plena cōprehēſio. h̄ non eſt ſic
intelligēdū ꝙ beati cōprehendūt totaliter
ipm deū ſcḋm omnē modū q̄ eſt cognoſcibi
lis: talis eñ mod⁹ cōprehenſionis diuine
nature. eſt impoſſibilis omni creature vt
patet Joh. i: vbi dicit̃: deū nemo vidit vn
q̄ꝫ. Sz iſte mod⁹ cōprehenſionis attendi
tur q̄ꝫtū ad īmediationē cognitōnis. de q̄
ſuperi⁹ dictū eſt: q2 beati verbū eternū et
oīa alia in ſeipo ⁊ ꝑ ipm cōprehendēt ⁊ co
gnoſcent. Juxta illud ps. In lumine tuo
videbim⁹ lumē: h̄ eſt teipm qui es lumen
ſubſiſtens dicit Auguſtin⁹.

Reſtat nūc vlteri⁹ videre q̄liter
ſane intelligēda ſunt illa dicta
fratris Johānis d' ruyſbroech.
q̄ dn̄s cancellari⁹ in ep̄la iudi/
cat eſſe repudiāda tanq̄ꝫ erronea vel male
explicata; quoꝝ primū eſt iſtud q̄ d2. Per/
dit̃ aīa ꝯtemplantis ī eſſe tali diuino abyſ
ſali: ita ꝙ non ſit repibilis ab aliq̄ creatu/
ra; h̄ veꝝ eſt ſi ſane itelligat̃. Sic quippe
intelligendū eſt ꝙ in h̄ gdu ꝯtemplatōnis

qm̄ mens rapit̄ in diuini luminis abyſſū
oīm exterioꝝ obliuiſcit̄: neſcitq̃ penitꝰ ſe
ipſam/ ſeip̄m exuit. ⁊ diuinū induit quen/
dā affectū. ⁊ ſup̲mundanū/ totaq̃ trāſit in
deū ſuū/ ⁊ in aliā gloriā quā creatura ſub
eſſe creaturali nō attingit: qꝛ in tali ſtatu
eſſe ſuum creatū ⁊ ſue nature hō excedit/ ⁊
ſub eſſe diuīe grē ita ſublimiter diuīe ſub/
ſtantie vnit̄. ꝙ oēs vires ⁊ potētie rōnales
ſupra ſe eleuant̄. ⁊ in diuinā claritatē trāſ/
formant̄/ ⁊ ſic non eſt rep̲ibilis ibi ab aliq̄
creatura. Supra intellectū em̄ ⁊ mentem
ibidē deū cognoſcit. Intellectꝰ em̄ noſter
⁊ ſenſus corporeꝰ intra terminos creatu/
re exercent̄: nec etiā intellectus excedit ens
aut ſpeculū. Unitio aūt excedit ſublimiꝰ
intellectū theoricū: q̄ȝ intellectꝰ imagina/
tionē vel ſenſuȝ. Mens em̄ in hac vnione
diuina ⁊ extatica tranſcendit omnē crea/
turā ⁊ ſeipaȝ ⁊ omnē actū viriū app̲henſi/
uarū. Et p̲ tāto dicit̄ ꝙ nō eſt rep̲ibilis ab
creatura. Ad hanc abſtractionē dyoniſiꝰ
inuitabat thimotheū ī miſtica theologia
dicēs. Tu aūt amice thimothee/ circa mi
ſticas viſiones forti ꝯtritōe ⁊ ſenſus relin
que. ⁊ intellectuales opatōes. ⁊ oīa ſenſibi
lia ⁊ intelligibilia ⁊ oīa exiſtētia ⁊ nō exi/
ſtentia. Et ſicut eſt poſſibile ignote ꝯſur/
ge ad eiꝰ vnitionē q̄ eſt ſup̲ omnē ſubſtan/
tiā ⁊ cognitōeȝ: etem̄ exceſſus tuiipſiꝰ ab
om̄i irretētibili ⁊ abſoluto mūde ad ſup̲/
ſubſtantialē diuinaꝝ tenebraꝝ radiū ſur/
ſum ageris: vide aūt vt nullꝰ indoctoruȝ
hec audiat. In h̄ v̄bo dioniſij ſapiētia ſū
ma includit̄/ ⁊ culmē totiꝰ p̲fectōis vt poſ
ſibile eſt/ via ⁊ ꝓfunditas libroꝝ dioniſij
ariopagite. Qd̄ p̄terea ſubiūgit ꝙ intē
tio autoris p̄fati videt̄ eſſe ꝙ aīa deſinit eſ
ſe in illa exiſtētia quā prius habuit: claret
ex ſupra dictis ꝙ intentio autoris talis n̄
fuit q̄lis exprimit̄ a p̄dicto magiſtro: ſȝ ex
abundāti licet nō incōueniēter poſſumus
dicere ꝙ intentio autoris talis eſt ꝙ excel/
lentia rationalis creature in h̄ p̲ficit̄ ⁊ cō/
ſummat̄ qn̄ ꝯſurrectōe amoris extatici in
illud principiū reuertit̄ vnde primordia/
liter exiuit: ⁊ qn̄ aīa intrat in iſtud diuini/
tatis archanū ⁊ in illud intime quietis ſe
cretū: tunc non oportet ꝙ ibi fiat corp̲is ⁊
aīe diſſolutō/ ſȝ in hm̄oi trāſformatōe aīa
diuidit̄ a ſpū p̲ hūc modū vt qd̄ aīale cor/
pulentū ⁊ feculentū eſt deorſū remaneat:
Spūs aūt ⁊ qd̄ ſpūale eſt ad ſūma euolet
⁊ vſq̃ ad ſpeculatōeȝ diuine glīe ſublime
tur/ ⁊ in eandē imaginē trāſformet̄. Nihil
in creaturis vt dicit Richardꝰ in libro de
exterminatōe mali hac diuiſione mirabi/
lius cernitur/ vbi iſtud qd̄ eſt eſſentialiter
vnū atq̃ indiuiduū/ in ſeip̄m in quandaȝ
portionē diuidit̄/ neq̃ in hoīe vno alia eſt
eſſentia eiꝰ ſpūs atq̃ alia eiꝰ aīa: ſȝ vna ea
demq̃ ſubſtātia ſimplicis nature. Nō em̄
in h̄ gemino vocabulo gemina ſubſtantia
intelligit̄/ ſȝ tn̄ ad diſtinctōeȝ ponit̄ gemi/
na portio eiuſdē eſſentie. Un̄ ſup̲ior p̲ ſpi
ritū: alia inferior p̲ aīaȝ deſignat̄ Un̄ p̲
planiori intellectu iſtoꝝ habēdo. eſt ꝯſide
randū ꝙ ſpūs noſter qn̄q̃ intantū a corp̲e
⁊ aīa diuidit̄ vt ſpūs in ſpiritu ⁊ aſſerat̄ et
qn̄q̃ ſpūs ſup̲ ſpūm eſſe dicat̄. ⁊ qn̄q̃ ſpi/
ritus ſine ſpiritu eſſe credat̄. Primū patȝ
in Johāne q̄ de ſeipſo dicit Apoc. i. Ego
fui in ſpū dn̄ico die. Qd̄ exponēs haymo
ſup̲ apocalipſim dicit ſic. Johānes ſic in
ſpiritu fuit ꝙ tn̄ ipaȝ carnē indutꝰ nō de/
ſeruit: ſȝ ſpiritui eternitatis ſpūs eiꝰ adhe
ſit: ⁊ a ſpū docēte aſſumptꝰ fuit ſpūs docē
dus: ideo tā mirabilia ⁊ ꝓfunda vidit. Ri
chardꝰ aūt exponēs idē verbū dicit ſic/ an
h̄ eſt ſpūm in ſpū eſſe ſemetip̄m intra ſeip
ſum totū colligere: ⁊ ea que circa carnē ſeu
etiā ī carne gerunt̄ interim penitꝰ ignora/
re. Secundū liq̄t in petro d̄ q̄ in actibꝰ ca.
xij. dicit̄. Et petrꝰ ad ſe reuerſus dixit ⁊c̄.
Qd̄ exponēs Richardꝰ libro. ij. de ꝯtēpla
tione. Hoc ſane non inſipiēter dicit̄ ꝙ pe/
trus lōge ſupra homīeȝ fuerit: qꝛ lōge a ſe
metipo ⁊ ſupra ſemetip̄m receſſit. Alioq̄n
nō erat a q̄ ad ſe reuerteret̄. Hoc idē oſtē/
dit hugo ſup̲ ſeptimū hierarchie dicens.
Acutū amoris eſt cū oīa trāſcendēdo de/
ſpicit. Sup̲feruidū aūt amoris eſt cū etiā
ſemetip̄m ꝯtēplādo relinq̄t. ⁊ in ꝯtēpla
tione dilecti ſe d̄ſpicit: ⁊ miro modo fit vt
p̲ dilectōis ignē in illū ſuſtollit̄ q̄ eſt ſupra
ſe: ⁊ p̲ vim amoris expellit̄ ⁊ exeat a ſe: nec
ſe cogitat dū deū ſolū amat. Terciū appa
rebit in regina ſaba. de q̄ legit̄. iij. Reg. iiij.
c. ꝙ regina ſaba vidēs ſapiētiā ſalomonis
⁊ domū ⁊ habitacula ⁊ ordinē miniſtran/
tiū: nō habebat vltra ſpūm. Qd̄ exponēs
Richardꝰ lib. v. d̄ ꝯtemplatōe. c. xij. recte
nōne dicit̄ ſpūs ſeip̄m nō habere. qn̄ inci/
pit a ſeipo om̄ino deficere. ⁊ a ſuo eſſe ī ſu/
permundanū quendā ⁊ ſ̄e plus q̄ȝ huma
nū ſtatū trāſire/ in mirabili trāſfiguratōe/

ſpūs ille ab humano videaꝛ in diuinū de
ficere ita vt ipe iā nō ipſe eo dūtaxat tpe q̄
dn̄o incipit altiꝰ inherere. Qui aūt adhe/
ret deo vnꝰ ſpūs eſt. Et ſic totū i iſtud di/
uinitatꝫ archanū itrat clamās cū pˢ. defe
cit i ſalutare tuū aīa mea. hec ille. Iſto ha
bito ⁊ intellecto facillime oīa illa dicta hu
ius tercie partis de nuptijs intelliguntꝛ ⁊
exponuntꝛ. Et iſto patet facillime intel
lectꝰ clauſule illiꝰ q̄ ſubiungitꝛ. In ipa qui
dem ſui vacuitate ꝑ fruitiuū amorē ſpūs
ꝑdit ſemetipm̄ deiqꝫ claritatē nullo inter
mediāte ſuſcipit. Spūs ſemetipm̄ ꝓ tāto
dicitꝛ ꝑdere. qꝛ i tali ſtatu vbi ſpūs huma/
nus intantū amoris feruorē ſupra ſe rapi
tur vt merito ſine ſpū eſſe dicaꝛ. factus eſt
tanqꝫ vas ꝑditū. eo ꝙ ſemetipm̄ nō ſentit
ſꝫ penitꝰ a ſeipo exinanitꝛ abſorbetꝛ ⁊ defi/
cit; luce clariꝰ ꝯſtat ꝙ ꝯgrue dicitꝛ ꝙ regina
ſaba ſpūm ſuū ꝑdidit q̄ vltra ſpūm nō ha
bebat. Sic ſilr paulꝰ ꝯueniēter dicitꝛ ſpi/
ritū ſuū ꝑdidiſſe qn̄ in raptu ꝯſtitutꝰ vtꝝ
in corpe vel extra corpus eſſet ignorauit.
Qn̄ aūt mens humana hūc ſupmum ver
ticē id eſt mētis exceſſū attigerit tunc dei
claritatem nullo intermediāte ſuſcipit qꝛ
ab om̄ibꝫ imaginibꝫ ⁊ ſimboliſ abſoluitꝛ ⁊
ab oībꝫ ꝑatōibꝫ oīm viriū apphenſiuarū
tā inferioꝝ qꝫ ſuperioꝝ ociaꝛ atqꝫ in ſuper
ſubſtātialē radiū diuine luciditatis ducitꝛ
remoto om̄i velamine ⁊ imediate deo vni
tur. ſicqꝫ dei claritatē nullo intermediāte
ſuſcipit. Iſtud autēꝫ qꝺ dicit ac ſine inter
miſſione ipe fit ea claritas quā accipit ſatꝫ
claret ex p̄dictis nō ſic intelligendū/ ⁊ qua
liter doctores ſancti idē ſentiūt. Vn̄ i epi
ſtola inferiꝰ annotata ſic habetꝛ. Hac hora
incēſi ſic aq̄ gutta vniaꝛ infuſa multo vi/
no. Sic iſta efficitꝛ lux in dn̄o optimata i
optimo. Optima quippe ac om̄ipotēs ef
ficitꝛ. qn̄ in optimū ac in om̄ipotentē tota
traijcitꝛ. Cui ſatis ꝯcordat ſuꝑ ſeptimū an
gelice hierarchie dicēs. Contēplatio ē dei
fica ſilītudo: qꝛ dū ꝑ eā illuminati lucētes
fiūt: qꝺāmodo ipiꝰ lumīs lucētis ſilītudi
nē accipiūt. Qūo em̄ aer ſolis luce ꝑfuſus
in eandē trāſformaꝛ lumīs claritatē adeo
vt nō tā illuminatꝰ qꝫ ipm̄ lumē eſſe vide/
atur: Et ſic ferrū in ipm̄ ignē miſſū magiſ
efficitꝛ ignis qꝫ ignitū. Sic viri ꝑfecti cha
ritate induti ſiue imbuti charitas videntꝛ
potiꝰ vt emphatice loqꝛ qꝫ charitate ſuc/
cenſi. Induimini ergo dn̄m ſic aer lucē ſi
cut ferrū ignē: ⁊ eritis lux in dn̄o. Sic em̄
ferrū inflāmatū accipit i ſe formā ignis et
dat ſe totū ⁊ nō partē ⁊ eripit ſe ſibi/ rema
nendo i ſe ſubſtātialiter inflāmatū: ita aīa
vnita deo ꝑ ignē diuini amoris q̄ſi totam
dat ſe ⁊ mittit ſe in deū: ⁊ in deū trāſforma
ta. nō mutata ſubſtātia ꝓpria trāſformat
ſe totā in deo amore q̄ eſt vita ſua: ⁊ ꝑ amo
rē fit q̄ſi tota diuīa. Naturale nāqꝫ eſt qn̄/
cunqꝫ aliqꝺ trāſformaꝛ in aliud: iſtud acci
piat ꝓprietates ⁊ ꝯditōnes illiꝰ nature in
quā trāſformaꝛ. Sic igitꝛ mēs deuota cū i
lumē thearchicū trāſformaꝛ: fit qꝺāmodo
claritas quā accipit. Itē qꝺ ſequitꝛ depē
detqꝫ noſtꝝ eſſe creatū ab eſſe eterno. ⁊ ſm
eſſentialē exiſtentiā vnū cū illo eſt: ſic acci
piendū eſt. ꝙ mēti nr̄e diuīa eſſentia realitꝛ
⁊ p̄ſentialiter cōicaꝛ. Vbiqꝫ totꝰ eſt deꝰ ꝑ
exiſtentiā: ſꝫ nō in ſingulis eq̄liter ꝑ efficiē
tiā. Et licet ex toto ſe vbiqꝫ opetꝛ: tn̄ nō to
tū qꝺ potētie ſue ē vbiqꝫ imo potiꝰ nuſqꝫ
opaꝛ. Vn̄ qꝛ ꝓpriū eſt diuine nature rebꝫ
illabi: ⁊ eoꝝ intimis cōmorari: ⁊ ꝑ ſui illa/
pſum ꝯſeruare reꝝ naturas. ne decidāt in
nō eſſe: idcirco dicit ꝙ nr̄m eſſe creatū de/
pendet ab eſſe eterno: iuxta illud qꝺ phˢ
dicit i libro de celo ⁊ mūdo. Ab h̄ quidēꝫ
ente. ſ. deo depēdet celum ⁊ terra. Et qꝛ ex
nature ſue ꝓprietate cōpetit ipi deo vt in
habitet i intimo aīe rōnalis: ꝓpter qꝺ dic
Aug. tu intimior intimo meo: ꝓpterea di/
cit ꝙ eſſe noſtꝝ creatū ſm eſſentialē exiſtē
tiā vnū cū illo eſt; diuerſe ſubſtātie ſūt ſpi/
ritus dei ⁊ ſpūs hoīs: ⁊ ergo ſpūs hoīs nō
eſt ita vnꝰ cū ſpū dei: ſic filiꝰ cū patre vnuſ
eſt deꝰ. Sꝫ qꝛ illapſu ſue p̄ſentialitatꝫ in/
habitat aīaꝫ rationalē quā inter oīa crea/
ta imagine ſua inſigniuit. penes quā ima
ginē tranſformaꝛ trinitati ꝑſonaꝝ: ⁊ ꝑtici
pabilis eſt diuine nature ⁊ beatitudiniſ il
lius: ideo dicit ꝙ om̄e noſtꝝ creatū ſm eſ/
ſentialē exiſtētiā vnū cū illo eſt. Deꝰ em̄ ſā
ctis ſuis triplicē vnionē tribuit: ſ. nature.
grē. ⁊ glīe. Et de hac vnione naturali per
quā deꝰ cōmoraꝛ in intimo aīe rōnalis di
ctū iſtud eſt intelligendū. Qualiter aūt
illud ſit accipiendū: Vniuerſi quoqꝫ ſuꝑ
ſui creationē. in vite ꝯtēplatiue altitudīe
ſublimati. vnū ſūt cū hac deifica claritate.
imo ipa claritas ipi ſūt. atqꝫ in eo q̄ vidēt
⁊ qꝺ vidēt lumine idē fiunt: ſatis patet ex
p̄dictis. ⁊ ſpēaliter ex his q̄ dicta ſūt in illa
clauſula. Ac ſine intmiſſiōe fit ipa claritaſ

quā accipit. Nō em̄ vult autoꝛ iſte dicere
ꝙ ſpūs adherēs deo ꝑ amplexū vnitiuū ꝛ
ſupꝛa ſe raptꝰ virtute extatici amoꝛis ꝙ fi
at vnꝰ vel idē cū deo ſimpliciter ſubſtātie
identitate.qꝛ h̄ eſt impoſſibile:ſ; fit vnꝰ cū
deo/trāſfoꝛmatōis ſilitudine/gr̄eq; ꝛ bea
titudinis participatione/feruidi amoꝛis
amplexu ꝛ inheſione Et h̄ ſatis innuit in
his v̄bis q̄ poſtea ſubiūgit,vniuerſi deuo
ti ſpūs vnū cū deo ꝓfundo amoꝛis deflu/
uio ſūt effecti.nō quomodolibet q̇dē vnū:
ſ; idipm̄ qd̕ eſt ip̄a in ſe eſſentia dei:eo mō
quē deifica beatitudo req̄rit. Et iſtud idē
mlt̄i ſancti doctoꝛes dixerūt.ſ.beatꝰ dio/
niſiꝰ. Bernardꝰ. Hugo:ſic patet ex ſupꝛa
allegatis. Sic in ip̄a beatiſſima trinitate
a patre filiꝰ egredit̄ ab vtroq; ſpūſſanctuſ
amoꝛ verꝰ ꝓcedens ↄnectit patrē ꝛ filium:
ſic a fonte bonitatꝫ ſupne ſapiētia vnitiua
ꝓcedens mēti deuote illapſa.tanta vnio/
ne ip̄am ↄnectit ſpiritui ſ tanto vt mereat̄.
vt vnū dicat̄ eſſe cū ip̄o Hāc vnitatē pete
bat xp̄s cū dicebat. Rogo pr̄ vt ipi vnum
ſint ſic ego ꝛ tu vnū ſumꝰ Proinde his
verbis q̄ ſequunt̄.vidēt inſuꝑ ſentiūt ꝛ in
ueniūt ꝑ h̄ deificū lumen ſe ſm̄ eſſe vitāq;
ſuā increatā eandē foꝛe ſimplicē diuinita/
tis abyſſū.ſatis mihi ↄcoꝛdare videt̄ ſen/
tentia ſancti auguſtini in.vi.lib.ↄfeſſionū
vbi dicit. Inde āmonitꝰ redire ad meipm̄.
intraui in intima mea duce te ꝛ potui.qm̄
factꝰ es adiutoꝛ meꝰ:ꝛ intraui ꝛ vidi q̄licū
q; oculo aīe mee ſupꝛa eundē oculum aīe
mee ſupꝛa mentē meā lucē dn̄i incōmuta/
bilē:nec ita erat ſupꝛa mentē meā ſic oleu;
ſupꝛa aquā.nec ſicut celū ſupꝛa terrā:ſ; ſu
perioꝛ qꝛ ip̄e fecit me:ꝛ ego iferioꝛ qꝛ factꝰ
ſū ab ea. Qui nouit veritatē nouit eā:no/
uit etn̄itatē:charitas nouit eā. Ad cuiꝰ
euidentiā eſt ſciēdū ꝙ creature p̄exiſtūt in
mēte diuina ſiue i deo ſimpliciter ꝛ vnice:
ꝛ h̄ q̄ſtum ad tria exēplaria ſm̄ rationē di
ſtincta. Primo p̄exiſtūt creature in diuia
eſſentia ſm̄ rōnes ſuas ꝑfectionales.ꝛ qꝛ
om̄es ꝑfectōes ſūt in deo vnitiſſime:ideo
ſic ſub om̄imoda diſtinctōe in eſſentia p̄/
exiſtūt diuina eſſentialit̄ potētialit̄ ꝛ cau/
ſaliter. Scd̄o p̄exiſtūt in mēte pr̄na origi
naliter ſm̄ rōnes ſuas ydeales:ꝛ iō ibi pu
to apparet creaturaꝝ diſtinctio ſm̄ rōne;
intelligēdi. Tercio p̄exiſtūt in v̄bo eterno
tanq; in exēplari ꝓpꝛio q̄ſtū ad rōnes ſu/
as factiuas ꝛ exemplares:ꝛ ideo ibi appa
rent ſilitudines reꝝ ſub diſtinctōe ꝑfecta
Eſt autē intelligendū ꝙ cū creatura dicit̄
in deo p̄exiſtere ſm̄ ſilitudinē ſuā exēpla/
rē nō eſt intelligendū ꝙ illa ſilitudo ſit ali
qd̕ additū eſſentie.qꝛ ſic aliqd̕ accidēs ca/
deret in deū. Sz illa ſilitudo eſt realit̄ ip/
ſa diuina eſſentia ꝛ ip̄m verbū intellectu;
tn̄ cū habitudine ꝓut eſt imitabile ꝛ ꝑtici
pabile a creatura. Vult ergo autoꝛ in ver
bis p̄tactis dicere ꝙ qn̄ mēs rōnalis rapi
tur i diuie lucis abyſſū ꝛ ſupꝛa ſe eleuatur
ſtatim deū ſentit ꝛ inuenit ꝛ experimētali
ſuauitate deguſtat.ꝙ ip̄a creatura non eſt
aliud in deo ſm̄ ſuū ydiale q̄ ip̄a creatrix
eſſentia ꝓut dicit Anſ. Poꝛro illud vl
timū dictū ꝙ ſepedictꝰ mgr̄ cenſet calūni
andū ꝛ repꝛobandū videlicet. Illic ſpūs
eſt ſupꝛa ſemetip̄m trāſlatꝰ ꝛ deo viuifica
tus,guſtās vadēſq; in vnitatē viuide abiſ
ſus,in q̄ ſeſe ſm̄ eſſe ſuū increatū poſſidet
immēſas diuitias q̄ ip̄emet eſt iuxta eum
modū q̄ eas deꝰ guſtat ꝛ videt:non diſcre
pat a veritate.ſi recte intelligat̄.ꝛ pie inter
p̄tet̄. Intellectꝰ em̄ hoꝝ verboꝝ talis eſt:
ꝙ qn̄ ſpōſus celeſtis introducit ſpōſā ſuā
in cellā vinariā id eſt abyſſū ſue dulcedis.
ei ↄcedit deguſtare tūc plenū gaudiū:ꝛ ꝑ/
fecta delectatio ſpōſe id eſt mēti deuote ꝓ
pinant̄.ex q̇bꝫ totū deſideriū eiꝰ ꝑfecte q̇e/
tat̄:qꝛ tūc introducit̄ in gaudiū dn̄i ſui.et
in cubiculū genitricꝫ ſue:qd̕ nihil aliud eſt
q̄ ipſa diuina eſſentia ſub rōne obiecti be
atifici.ꝛ vt exēplar ꝛ ydea rōnalis creatu/
re:qꝛ vt ſic hab; mentē rōnale; ꝓpꝛie qui
etare:ꝛ tūc aſſequit̄ vbertatē ꝛ affluētiā di
uine gr̄e a q̄ oīs ſatietas ꝛ gr̄e fecūditas in
aīam diriuat̄:qꝛ in claritatē verbi diuini
tranſfoꝛmata deificat̄.vbi guſtat imenſas
diuitias q̄ ip̄emet eſt:q̄m̄quidē aīa infini/
tatē illiꝰ gaudij nō compꝛhendit:ſ; tn̄ bea
tificā eius identitatē raptim appꝛhendit:
iuxta modū ſupꝛa expoſitū. Iſtud maxie
fit in raptu. Pro declaratōe aūt illiꝰ di
cti qd̕ ſubiungit̄ guſtās ꝛ vidēs immēſas
diuitias iuxta eū modū quo eas deus gu
ſtat ꝛ videt eſt diligēter aduertendū ꝙ ver
bū eternum eſt quedā refectio mentalis ꝛ
qd̕dam gaudiū intellectuale ipſoꝝ ange/
loꝛum ꝛ omniū beatoꝝ q̄ pari voto ꝛ con
coꝛdia plene poſſidēt omnē theſauꝝ cele/
ſtis ſapiētie ꝛ bonitatis diuie.q̄ d̕ toꝛrēte
diuie voluptatꝫ ↄtinue potant̄.ꝛ ab vber/
tate ſuauitatis in ea deguſtant puritate

obiectiuā qua deus fruit̄ in ſeipō/ideo di
cit ꝙ guſtāt ⁊ vident immēſas diuitias iu
xta eū modū quo eas deus guſtat ⁊ videt
Ut aūt finē loquēdi faciā ⁊ textū cū glo
ſa proferā.cōcluſio finalis oīm ꝑdictoꝝ ⁊
explanatiō ꝑclara dictoꝝ illiꝰ tercie ꝑtis
de ornatu ſpūaliuꝫ nuptiaꝝ ſtat in iſto/ꝙ
ſancti iuxta vaticiniū Iſaie ꝓphete in ter
ra ſua duplicia poſſidebūt/qꝛ ſancti ī pa/
tria dupliciter reficient̄ ⁊ beatificabunt̄/
hoc modo.qꝛ vires ⁊ potentie rōnales ad
imaginē pertinētes.ſ.memoria intelligen
tia ⁊ voluntas bibēt de fonte viuo ī ea pu
ritate obiectiue ſicut deꝰ ſua fontali boni
tate fruit̄ in ſeipō.⁊ iſte eedē vires ſatiabū
tur ⁊ inebriabunt̄ ⁊ hoc eſſentialiter gau/
dio fruitionis ⁊ guſtu intellectuali diuine
dulcedinis/vbi ꝑ efficaciā diuini luminiſ
abſorpte in diuine ſuauitatis deguſtatōe
⁊ amplexu ⁊ inheſione ꝯſummati amoris
ſopient̄.⁊ requieſcēt ab oīni opatōe intel/
lectuali:⁊ ſic iſte vires ſemꝑ erūt actiue et
operoſe cū hoc quieſcentes ⁊ ocioſe/ſemꝑ
famelice ſemꝑ ſaturate/diuerſis tñ reſpe/
ctib;.Iſtud donū quibuſdaꝫ ſanctis licet
pauciſſimis ꝯcedit̄ in hac vita.ſic Paulo
datū fuit in raptu.ſꝫ hoc nō fixe non imo
biliter ſꝫ raptim trāſitorie ⁊ fluxibiliter ſi
cut ſupra dictū eſt.Iſtius opinionis fuit
autor iſtiꝰ libri d̄ ornatu ſpūalium nupti
arum ⁊ eiuſdem opinionis arbitror fuiſſe
beatū dioniſiū.ſicut patet inſpicienti libꝝ
ſuū de miſtica theologia.⁊ huic opinioni
ego adhereo ſꝫ nō pertinaciter.Si qd̄ eīm
h̄ dictū videt̄ qd̄ appareat repugnare ve/
ritatib; articuloꝝ fidei.hoc totū reuoco ⁊
correctioni ſancte matris eccl̄ie ī qua xp̄s
ſuā ſanctiſſimā autoritatē trāſfundit me ⁊
⁊ quicqd̄ hic dictū eſt ſūmitto Ad extre
mum hoc infero ꝙ magiſtra intelligēdi eſt
experiētia ꝑut ſancti teſtant̄.Et ille opti
me veritatē iudicij nouit qui eā nō audiē
do ſolū ſꝫ guſtādo ⁊ faciendo didicit.Qui
eīm veritati vnitꝰ eſt ex ipſa vnione bñ no
uit ꝙ bñ ſentit.q̄uis eū multi corripiant
tanq̄ꝫ mentis exceſſum paſſū In tali ergo
materia q̄ ſolum ꝑ experientiā ⁊ guſtū co
gnoſcit̄.magis eſt credendū his q̄ noticia
experimētali hec guſtauerūt q̄ꝫ his q̄ ſolo
lumine intellectꝰ ⁊ litterarum ſtudio pol
lent.Hec autē ſapientia vnitiua ⁊ anago
gica q̄ omnē rationis apꝑhenſionem tran
ſcendit ſola diuina īmiſſione percipit̄.q̄

nō tantū affectū ſupra ſe erigit ⁊ amore ex
tatico ſponſo altiſſimo creaturā perfecte
vnit ſed inſuꝑ intantū eleuat intellectū vt
multo plus oīni prudētia ⁊ cognitōne di/
uinis fulgorib; illuſtret̄ q̄ꝫ aliquo ingenij
exercitio valeat obtineri.Et ergo non vi/
dent̄ mihi recte ſapere qui nolunt ꝙ aliq̄s
de diuinis ſcientijs diſſerat niſi fuerit phi
ſicis ⁊ naturalib; ſcientijs ꝑditus ⁊ imbu
tus Incongruū eīm videt̄ intantū nature
deferre ſtudio artis ⁊ ſollercie hominū/ꝙ
plus poſſint hominib; afferre q̄ꝫ gratia q̄
repente agit.ſubito imprimit.infallibili/
ter docet.⁊ inheſitanter facit exiſtere men
tes in his que docet.⁊ luce clariꝰ que alijs
vident̄ obſcura demonſtrat.Ipa eīm ſapi
entia ⁊ ſcientia que ſola ſancti ſpūs influ/
xione percipit̄ certiſſima ⁊ amātiſſima cō
probat̄.qꝛ ſine oīni dubitatione ⁊ opinio
ne ꝓcedit/⁊ omnē alteriꝰ diſcipline leuita
tem excedit.Hāc doctrinā ꝑclare ſapien/
tie ſibi ſoli icreata ſapia reſuare voluit vt
ſciat oīs mortalis creatura ꝙ eſt doctor ī
celo qui ſolā verā ſapientiam ſolis electis
ſcolarib; per celeſtes emiſſiones ⁊ ſue cla/
ritatis radios manifeſtat ⁊ oīnes mundi
ſapientes confutet.cū ſimplex vetula vel
idiota ad iſtiꝰ ſapientie vnitiue ꝯſurrectō
nem ꝑfecte poſſit attingere quā nulla phi
ſica ſcientia vel mortalis induſtria appre
hendit.Que meliꝰ intelligimus melius ꝑ
ferimus.Spiritualis oīnia dijudicat.et
ipſe a nemine iudicatur. Patet ergo ex
his quomodo ſanctiſſimi ⁊ excellētiſſimi
doctores qui in vtraq̄ꝫ ſpecie ꝯtemplatio
nis ꝑfecti fuerunt eadem docuerūt ⁊ ſenſe
runt que tercia pars libri de ornatu ſpiri
tualium nuptiarum dogmatiſat licet for
te ſub alijs verbis.Non aūt refert diuerſi
tas narrationis vbi eadem res narrat̄ ſic
dicit beatus Auguſtinꝰ.Et ergo ꝑdicta
doctrina non eſt abijcienda ⁊ eliminanda
ſꝫ vbiq̄ꝫ ſuſtineri poteſt abſq̄ꝫ periculo er/
roris tanq̄ꝫ conſona ⁊ ꝯformis ſanctoruꝫ
patrum traditionib;/vnde quia ṽba hu/
ius libri ex feruido affectu ⁊ vigore dile/
ctionis prolata ſunt.non ſunt recipienda
ſcḋm ſenſum quē ſcḋm ſonum vocis videt̄ur
facere/ſed ſcḋm ſenſū pro quo fiunt intelli/
genda ſunt ⁊ interpretāda/⁊ ſcḋm materiaꝫ
ſubiectam ſermones eius expetendi.Iſta
